



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 25. Irrita Alberti Archiducis cum Fœderatis, atque Anglis concordiæ tractatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

nibus imminui, nec non fluvios alta gla- Sæcul. XVI.
A.C. 1600.
cie concretos stare animadverteret, ca-
ptata exin occasione noctu die vigesima Thoiras hist.
prima Januarii Vachtentongam Gel- d' Angl. p.
driæ oppidum unacum arce, ac postea 506.
die vigesima prima Martii seditionis, Gallut. de
bello Belg.
quam præsidiarii concitabant, beneficio l. 12.

fretus, Crepicordium expugnabat: insu-
per die octava Maji post unius mensis
obsidionem Santandream arcem in-
gressus est, præsidiariis centum viginti
quinque aureorum millium pretio vali-
dissimum hoc propugnaculum non sine
maxima infamia vendentibus. Hujus
arcis jacturam Albertus summo animi
dolore perceperat, propterea Bruxel-
lis Belgii Ordines in consilium vocans,
eisque imminens periculum exponens
de præcavendis majoribus malis reme-
dia exquirebat: hi equidem omnem
opem pollicebantur, cum Fœderatis ta-
men rebellibus de concordia potius,
quam de bello continuando agendum
censebant.

§. XXV.

*Irrita Alberti Archiducis cum Fœ-
deratis, atque Anglis concordiae
traditio.*

Opportuno tempore Rudolphi Cæsarisi Thoiras l. c.
Legati, qui Bruxellas venerant, Gallut. p. 567
Hist. Eccles. Tom. LII. P p con-

Sæcul. XVI.
A.C. 1600.

*Cambden in
vita Elisa-
beth.*

concordiam cum Fœderatis Principibus
ineundam suadebant, quorum petitioni
Albertus, & Isabella eo facilius beni-
gnas præbebant aures, quo impensius
pariter Catholici Belgarum Ordines
eandem pacem ab ipsis efflagitabant,
ut queres ad prosperum deduceretur ex-
tum, ipsimet Cæsar's Oratores in Hol-
landiam ad Fœderatos profecti juxta
Cæsar's mandata urbes, arcesque, que
ad Germaniæ Principes spectabant, hu-
cusque occupatas reddere spondebant.
Ad hæc Ordinum Fœderatorum Dele-
gati piam Cæsar's, sacrique Imperii vo-
luntatem pluribus commendantes sat
contumeliose in Hispanos debacchaban-
tur, palam professi, quod cum Archidu-
ce nullas pacis conditiones inire vellent,
eo quod ipsum penitus ab Hispanorum
imperio dependere scirent. Nihilomi-
nus Cæsar's auctoritas, validæque Le-
gatorum rationes tantum apud Fœde-
ratos obtinuere, ut hi pollicerentur, se
Bergæ ad Zomam cum Archiducis O-
ratoribus conventuros, ut de honesta u-
trinque concordia agi posset: porro eo
quidem convenere Legati, Protestantis
bus autem pertinaciter potentibus, ut
Belgium ab Hispano milite evacuare-
tur, re infecta utrinque discessum est.
Eodem ferme tempore Hispaniæ Rex,
neonon Albertus Archidux pacem cum

Eli-

Elisabetha Angliae Regina stabilire sata- Sæcul. XVI.
A.C. 1600.
 gebant, hocque negotium ipsemet Hen-
 ricus IV. Franciæ Rex adeo potenter
 urgebat, ut Regina ad mensem Majum
 Boloniam maritimam Picardiae urbem
 suos ablegaret Oratores, de futura pace
 acturos: convenientibus autem his una-
 cum Philippi Hispani Regis, atque Al-
 berti Legatis ingens de loci prærogati-
 va oriebatur contentio inter Hispanos,
 Anglosque Oratores; hi enim in man-
 datis habebant, ut honoratiorem lo-
 cum sibi vendicarent, aut saltem alter-
 nam præcedendi vicissitudinem cum
 Hispanis servarent: cum autem Hispa-
 ni ab avito jure suo nihil remittere vel-
 lent, Angli, ne hic congressus in irri-
 tum caderet, se rem per scripta, & mu-
 tua colloquia cum Archiducis Oratori-
 bus acturos spondebant: ast ne hac qui-
 dem ratione lis componi poterat, eo-
 quod Angli instigante Elisabetha dun-
 taxat ad eludendam pacis negotiatio-
 nem honoratioris loci obtentu uteren-
 tur, re tamen ipsa timerent, ne Hispa-
 niæ Regi urbes, quas Regina pignoris
 nomine Ordinibus eripuerat, reddere
 compellerentur: eapropter post frivo-
 lam trium mensium altercationem nul-
 lo adhuc habito congressu omnis con-
 cordiæ spes evanuit.

P p 2 §. XXVI.